



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

Annvntatio B. M. V. 25. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

25. Mart. VITÆ SANCTORVM. 155

ANNVNTIATI O B.M.V. 25. Martij.

Hic ille dies est, quo non tam VIRGINI, quam mortalibus omnibus salutem Cælū nuntiavit. Nam cùm homini consulere in humanâ imagine DEVS statuisset, eamque in rem jam olim præ omnibus sibi in matrem MARIAM legisset; ad illam legatum Gabrielem misit, qui postulata exponeret, & VIRGINIS Cælitum nomine assensum peteret. Fecit hic imperata, & latissimum illud AVS Letis MARIAE tulit, aliaque in laude addidit, quæ Angelum imitantur homines merito quotidie gaudemus iterare. Sed numquam pulchritus illa erubuit, quam ad tot laudes suas; mirante nimis honorem suum modestiâ: quâ nemio unquam minus agnoscit dotes suas: nemo minus libenter extollit audit. Itaque aggressus timorem adimere beatus Nuntius, matrem fore vaticinatur DEI; inde nomen adjicit filii, sceptra item & regna (omnia æter.natura) promittit. MARIA, vel quod quinam virgo paritura esset nesciret, vel quod mater sine virgine esse noller, longè magis hæsitare, & de pudore, quem DEO voverat, anxia, qui id fieri posset, rogare. Mox tamen, ut ille arcanum rei ordinem enarravit, ANCILLAM modestissimè se præfata annuit, & verbum illud expectatissimum, FRAT, pronunciavit. Tunc HOMO DEVS & DEVS HOMO potuit dici. Tunc VIRGO quod DEVS fecit, & unico verbo, quo hic orbem antè creavit, illa recreavit. Ex S. Luca & Ioan.

Inter gratias Virginis præcipue redolebat Myrrha, Caspatis & Thus Pietatis. Odor iste super omnia aromata, Dominum Majestatis de Excelsis attrahit & invitat, ut inclinet cælos & descendat. Guerric. I. de Annunc.

S. LV.